

Non habuerunt Editores *Colon.* 1688. T. V. f. hunc *Elenchum*, ad cuius calcem: *Expliciunt Capituli Feliciter*, et mox: *Incipit Expositio In Luca. Liber Primus. Deo Gratias. Amen.* Initium: *Beatus aeuuangelista lucas de omnibus quae cepit ihesus facere et docere &c.* Ita et reliqui Libri. Ad initium tamen Sexti fol. 168. p. 2. additur minio: *XC Bō Non Conaci.* Suspicio, innuere Librarium, haec se non *Conaci* (Coignac in Tractu Engolismensi Gall.) scripsisse, sed quis locus esse possit *XC Bō*, non divino. Finis totius Operis: *sed in laude dei et benedictione conclusit. Amen.* Additur: *Explicit Expositio In Luca Liber VI. Deo Gratias Amen Fiat Fiat.* Membranae hinc inde valde detritae sunt. Textus quidem correctione infra Edita est; inspicere tamen mereretur ab iis, qui *Beda* Opera sub prelum revocare vellent. Ita in Prooemio pro: *novit penitus esse detestanda*, quod habent Edita, reponendum e Codice: *noverit*, et paullo inferius, ubi legunt: *quam unum quatuor*, addendum: *librorum.*

CCCCXIII.

R. 13 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 164. f. per duas columnas eleganter exaratus, coloribus amoenus et *Carolo VI.* Aug. oblatum ab *Apost. Zeno* ejus Poeta et Historico a. 1723. complectitur Ven. *Beda* Presb. Expo-

sitionem *Evangelii S. Lucae.* Incipit epistola acce episcopi ad *Beda* Presbiterum. De postulanda expositione in *Lucam.* De celebri hoc *Acca* e 10. Episcopis *Hagustaldiensibus*, sive *Hexhamensibus* tertio, qui a. 740. obiit, adi *Tanneri Bibl. Brit. Hibern.* Init Epistola: *Reuerentissimo in christo fratri &c. Sepe quidem tue sanctae fraternitati et absens scribendo &c.* Sequitur illam: *Epistola uenerabilis Bede presbiteri ad accam episcopum: pro concessione expositionis in lucam, cuius initium: Domino beatissimo &c. Mira uere est et uere mira (uera mire?) doctoris egregii sententia &c.* Hanc excipit *Elenchus Caputum Operis* in VI. *Libros* tributi, quem non videntur habuisse Editores *Beda* *Colonienses*, utut eodem T. V. Expositioni in *Johannem* simile quid praemiserint. Consent illi *Capita* in *Lucam* *XC VII.* Codex vero noster *XC V.* quorum Prooemium ita orditur: *Beatus Euuangelista Lucas de omnibus quae cepit ihesus facere et docere &c.* ut T. cit. col. 217. Integrum Opus hac miniata, viridique alternis clausula terminatur: *Explicit Liber Sextus Expositionis Uenerabilis Bede Presbiteri In Lucam Ad Accam Episcopum.* Quod si olim de *Beda* curatus, quam quidem *Coloniae* factum est, edendo ageretur, non negligendum foret Exemplar istud, ut vel e collatione *Epistolae Accae* liquet, quam addo:

957

P A T R I S T I C I

958

Codex:

*Larga sed indignis.
Huic obiectioni tue.
Videbantur cui scriberet.
Ut a doctioribus solum.
Nec parum dedit iudicii.*

Praeterea tota περιεχομένη: *Volo enim completo* — in capite praepositioni. in Editis interjecta est inter verba: *simul agnoscerent*, et: *te non ob aliam &c.* quam rectius cum Codice inde exemptam post verba: *facilius apprehendant*, collocabimus.

CCCCXIV.

U. 620 Codex membranaceus lat. Sec. X. Folior. nunc 109. f. max. magnifice exaratus, Schematibus picturatis et minio illustris, quondam Monasterii antiquissimi *Brzewnoviensis O. S. B. in Bohemia*, unde *J. Alex. Brassicanus*, ut solebat,

Rex Regum Dominus Mundum Dicione Gubernans &c.

Declarationis: *O Christe Salvator Rex Regum &c.* Integerrimus primum Codex amputatam sibi improba forfice Figuram IV. et XV. dolet, ut videre est ad *fol. 18. et 44.* Lectionem non usque quaque laudem, licet sint quaedam, quae editionem *Colon. Opp. omn. 1626. T. I. emendent. Ita L. II. c. 27. p. 348. pro: et nova omnia perficias*, rectius *Noster: et nova omnia pacificas.*

Editio:

*Larga sed indignis.
Hujus obiectioni tuae.
Videbatur scriberet.
Ut a doctoribus solum.
Nec parum dedit iudicii.*

elicuit, a quo ad *Job. Fabrum Praefulem nostrum devolutus est*, complectitur *Magentii Rabani Mauri laboriosissimum Opus II. Libris constans de Laudibus S. Crucis*, quale *Vol. I. P. 1. col. 1024.* dedi. Absunt in Exemplo praesenti *Παρεργα* illa Poetica ibi indicata, statimque fit initium a *Figura Ludovici Imp. quam ejus Expositio*, et tum *Prologus* excipit. Nescio tamen, qui factum, ut haec omnia praecedat *Figura Operis nona* cum sua *Declaratione*, quae tamen iterum ordine suo *fol. 29.* rite recurrit. Initium Versuum *Figurae I.*

CCCCXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 533
Folior. 146. 4. per duas angustas columnas scriptus et rubricis distinctus Sequentia complectitur: I. *Incipit liber de libero arbitrio*, seu, ut in calce explicatur, *Anselmi Cantuar. Archiep. de concordia Praescientie Predestinacionis et gratie dei cum libero arbitrio.* Ita nempe: *De tribus illis questionibus in quibus dei praescientie &c.* Ut in edit. *Paris. 1721. p. 123. f.*